

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

nein gemahlt auff Seiner J. G. Dienner und Fürschneider hochzeit geladen / versich
 mich inner Acht thagen bey seiner J. G. zu sein / versich mich allerley Newzeitung / ist
 etwas wirdigs / wills ichs E. E. zuschreiben / die Newzeitung wissen E. E. den obge-
 gemelten herrn und den / ernn Sreemaißer auch mit. urailen / wiewol ich was / das di
 herrn und E. E. des und merers von Reichstag haben / hab ich mich doch damit erzaigen
 wessen. Vith auch E. E. die wellen alle lieben Prediger mein willige diennst und vill
 guetts anzaigen / und thue mich E. E. und herrn in Jer liebs Pater noster b. felsen /
 und bin E. E. freundlichen Androrth auff mein schreiben erwartent mit freundlichen
 Frietten / wo ich derselbigen dienen than / das ich solliches mit herzlichen freuden willig
 und geneigt pin / und thue E. E. in di gnade unsers lieben Gottes befehlen. Datum
 Brach den 24. Juny Anno 1559.

Hansß Vngnad.

J. V. J. S.

Ich ritte E. E. ganz freundlich / die wellen mir was für Newzeitung
 vorhanden / auch mitailen / und ob noch Frantzosi und herzog
 von Lutteringen willens wider Fennemarc zu ziehen / oder ander
 krieg anzufahen.

LXXIV.

S Qui has ad te perferunt, Juvenes sunt, Neocomo oriundi, ubi Farel-
 lus noster degit, cordati admodum, & verè sancti, id quod non solum
 testimoniis Farelli & aliorum, sed conversationis actibus cognovi; egerunt
 enim apud nos aliquandiu. Facultatibus destituuntur, quo minus possint
 in cæpro feliciter studiorum cursu pergere, nisi aliunde adjuventur. Quum-
 que hic ob ambientum stipendia copiam nihil adpareat magnopere spei,
 istuc se Farelli consilio conferunt, experturi fortunam meliorem. Com-
 mendo eos tibi, ut, si queas, ope consilioque juves; contuleris, enim (quod
 affirmare ausim) beneficium nec in indignos, nec ingratos. In Galliis quid
 acciderit, scio accepisti. Succesit mortuo Regi filius Franciscus: de cujus
 gubernatione quid sperare boni queant, non video; quippe qui ad auspicia
 statim Regni manus sanguine martyris innocentis infecerit. Interea fama
 sed incerta attulit, Cardinalem Lotharingium ex aulâ elapsam nuspiam
 comparere. Turnonium mortuum esse. Guisiano datam rerum guberna-
 tionem; quod si verum est, cruentum indubie regnum cerneretur. Ajunt
 alii, Vandomium in Aulâ, unde abiit, paulò ante nuptias expectari: cui si
 committeretur summa rerum, non adfulgeret nihil spei, de statu auspicio-
 re. Alii ajunt, Vandomium vel regem Navarrae ægrotare graviter. Nec
 de-

defunt, qui referant, plures ab officiis in aulâ à morte regis esse deturbatos, & alios subiectos. Scorum Regis, D. à Valentia, amandata est à Regina & filio Regis ab aulâ & erepta ei munera potiora, quæ dederat Rex. Ex Italia habemus, in Agro Mediolanensi caritatem esse frumenti maximam, & Mediolanensem Gubernatorem Capitaneos retinere, forte quod architectetur nova molimina contra Pedemontium. Veneri curarunt suos per totam ditionem lustrari. Galeonem iidem suum submersum in portu recuperarunt maximis impensis. Incerta fama volat, Papam esse mortuum. Vale in Christo JESU. Reverende & chariss. frater. Basil. 8. Augusti, Anno 1559.

Saluta meis verbis Symmistas & Sturmium Daspodium amanter.

T. Sulcerus.

LXXV.

S. D. Reverende Vir & Carissime Frater.

Jurisconsultus est in his regionibus, natus in familiâ nobili, Georgius Comerstadius, qui trium Ducum Saxonie consilia rexit, Georgii, Henrici & Mauritii. Nunc de præcipuis rebus à Duce Augusto consulitur. Et cum Justitiæ & pacis amans sit, etiam belli tempore Principum iracundiam sæpe leniit. Præcipuè etiam transactionem inter Duces Saxonie gubernat. Hujus Georgii Comerstadii filius, Julius Comerstadius, nunc ad vos proficiscitur, & aliquandiu JurisConsultos vestros audiet. Quæso ut eum & propter Patrem, & propter ipsius modestiam complectaris, & amicis commendes. Gratitude bene meritis gubernatoribus debetur. Idè Patri ostendere cupio, nos ejus beneficia magni facere. Adolescens etiam ornatus est Principis beneficio, qui in Collegio Mysnensi præpositi, ut nominant, ei tribuit. Edidi responiones de inquisitione Bavarica, quas ut inspicias, valde te oro. Videbis me consulto quasdam horridas disputationes seposuisse. De quibus non despero, nos coram collucuturos esse. Sed oro, ut de libello toto judicium mihi tuum significes. Sturmii & vobis omnibus salutem opto. Bene vale & rescribe. Calend. Septembris, Anno 1559.

Philippus Melanthon.

LXXVI.

S. Ex Italiâ hodie accepi, nondum esse creatum Pontificem, idque ob Cardinalium dissidia, Farnesii & Mantuani, qui invicem odio plusquam Vatiniano insectantur. Sedem ambiunt plures. Conscripserunt plures ar-

ticu-